

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

De Arabum dißidio. Cap. XXX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

De Arabum disidio. CAP. XXX.

Per idem tempus, quidam rursus in Arabia dogmatis cuiusdam à veritate prorsus alieni autores nascuntur: afferentes hominum animos vñà cum corporibus uno eodemque temporis articulo morte occumbe-re, & penitus extinguiat demum tempore resurrectio-nis vniuersæ carnis cum eisdem vitam denuo recuperatu-ros. Non exiguo igitur episcoporum conuentu ea de re coacto, Origenes ibi etiam rogatus, vt partes de illa controuersia disputandi susciperet, sic orationis vi & im-petu ferebatur, & eorum mentes, qui se antè eo errore implicauissent, ad rectam fidem & sanam doctrinam tra-duceret.

De Helcesitarum hæresi. CAP. XXXI.

Eodem tempore alia erroris peruersitas, quæ Helce-sitarum hæresis dicebatur, cœpta est: quæ propè simulac orta erat, extinguebatur. Cuius mentionem facit Origenes in concione in Psalmum octogesimum habita: quam coram ecclesia palam recitauit. Interuenit, inquit, quidam hoc præsenti tempore insolenter propte-re a se efferens, quod impiam & maximè sceleratam Hel-cesitarum opinionem, quæ nuper contra ecclesiam ex-citata est, se posse defendere existimet. Quæ tandem sce-lera, & quam nefaria, illa opinio profiteatur, vobis expo-nam, ne eius inanitate & quasi leni vento à veritate abri-piamini. Nonnulla vniuersæ scripturæ antiquat testimo-nia: aliis rursum cum ex toto vetere testamento, tum ex-Evangelio depromptis vtitur. Paulum autem Aposto-lum omnino reiicit. Fidem item negare, indifferens quid-dam esse afferit. Qui enim, interiore cogitatione recte de fide sentiat, tametsi ore, cum necessitas illum eò de-truserit, fidem perneget, eum tamen animo firme illi ad-hæsurum. Librum etiam circumferunt, quem aiunt è ce-lo delapsum: & qui illū audiuerit, eiusque doctrinæ credi-derit, peccatorum remissionem consecuturum, eamque diuersam esse remissionem ab illa, qua Christus Iesus re-misit peccata. Sed de his satis multa.

De persecuzione quæ sub Decio erat, & quanta Origenes pertulerit. CAP. XXXII.

R 5 Philippo